

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In auatos. Emblema LXXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Avaritia Pertinet huc illud Pauli Apostoli: *ἡ γὰρ ρίζη ἐστὶν πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ εὐλαγρυρία.* id est: Radix enim omnium malorum est avaritia. Sed & Bion hanc appellavit, *κακία μητρόπολις.* id est: vitiorum metropolis.

Quibus & addendum Timonis dictum, duo malorum esse elementa, *ἀπληστία καὶ φιλοδοξία.* id est: inexplebilem divitiarum aviditatem, & glorie appetitionem. Sed de hac in sequenti latius.

In avaros.

EMBLEMA LXXXVI.



SEPTITIVS populos inter ditissimus omnes,
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet;
 Defraudans geniumq; suum, mensaq; paratas,
 Nil prater betas duraq; rapa vorat.
 Cui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit?
 Anne asino? sic est: instar hic eius habet.
 Namque asinus dorso pretiosa obsonia gestat,
 Seq; rubo, aut dura carice pauper alit.

COMMENTARI I.

L. A S I N V S, ignavum animal, oneribus ferendis natum & destitutum, pingitur obsoniis & cupidius lautissimis onustus, ipse interim asperis carduis vescens, olere suis labris digno.

II. PLVTARCHVS libello περι ευθυμίας, meminit negotiatoris cuiusdā Chij, qui omnium maxime auarus, tamen multum vini, primarūq; bonitatis venderet, ipse tamen sibi acidum, vappamq; conquirebat. Et fortasse is fuit, à quo cum profugisset seruus, rogatus quamobrem se ab he-

Auari a sino comparati.

Locus Plutarchi.

ιδιομινιο fugitiuus extulisset: Quia, inquit, cum praesto bona sint, mala tamen quaerere solet; quippe qui vinū generosum vendat, tantumq; subacido & vitiatō vtatur. Itaq; recte genus id hominum comparatur asino, qui tergo gestet epulas opiparas, obsoniaq; delicatissima, & tamen carduis victuet. Verba hūc apponā Plutarchi: ὡς περ αἰ σὺ καὶ τὸ χέρις ἐν ἡ τῆς σαρκὸς ἔλλκυσιν, οὗτα τὰ κάκιστα τῶν ἰδίων συνεισὺς ἐπὶ σαυτῶν, ἐδὲν τι τοῦ χι βελτίων γενόμενος, ἐς πολλὴν καὶ χηρῶν οἶνον ἰτίροις πιπράσκων ἑαυτὸ ἀποδὲ τὸν ἀριστὸν ὁ ζῆλον ἐζῆτε διαχευόμενος οἰκτιρῆς δὲ τις ἰρωτιθεῖς ὑπ' ἰτίρου τί ποιδὲν τα τὸν δεσπότην καταλίπειν; Ἄζαθῶν (ἐστὶ) παρόντων, κακὸν ζῆτεῦντα, καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τὰ χηρὰ καὶ πέτματα τῶν ἠδῶν ὑπερβαίνοντες, ἐπὶ τὰ δυσχερῆ καὶ μεχθρὰ πείρουσιν. Referam Latinè, vt potero: Vt cucurbitula pessimum è carne sanguinem eliciunt: sic tu quascūq; pessima in teipsum confers, nihilo melior illo mercatore Chio, qui cum magnam vini generosi copiam venderet alijs, sibi vappam & acidum vinum seruabat. Eius itaq; simulat rogatus, cur ab hero fugisset: Quia, inquit, cum ei bona adsint, malum tamen conquirat. Et longe multi similes sua uia potulentia transmittunt, & ad molesta praeparata, quasi necurrunt. Idem περι φιλοπλητίας οὐδὲν εὐπείστων, ὡς περ ὄνος βαλάντιος, ἔυλα καὶ φρυγὰ κατακομίζων, αἰεὶ καπνοῦ καὶ τήφρας ἀναπιπλάμενος, κλουτροῦ δὲ μὴ μέτεχων, μηδὲ ἀλλας, μηδὲ καταριότιος. Nihil capiens inde commodi, veluti balneatoris asinus, qui ligna & sarmenta deferi, semper fumo plenus ac fauillis, nunquam autem balnei particeps, neq; teporis, neq; munditiae. Si-

mile est illud ex secundo Epigrammatōis tit. eis φειδώλης. Πολλὰς μυριάδας ἑπιζῆτες ἀστεμίδωρος, καὶ μηδὲν διαπαρῶν ζῆ βίαν ἡμίονον. Fons Em̄ πολλὰς αἰ χηρὰς τιμαλφία φόρτον βlematis. ἔχουσαι, πολλὸν ὑπὲρ νότου χόρβον ἔδουσι μόνον. Multas myriadas computat Artemidorus, Et nihil impendēs viuūt vitā mulorum. Qui saepe auri pretiosum onus habentes Multum super dorso, scēnū edunt solū, Viuens vt muli, dum sumptus praecaut omnes, Supputat innumeras Artemidorus opes. Auri saepe gerunt ingentia pondera dorso Muli, sed siccum non nisi gramen edunt. Ex M. Tullio citari hoc memini: Ferebat hanc quoq; iniquitatem Septius, & in bri frumenta in area corrūpi patiebatur. Talis Opimius apud Horatium 2. Satyrarū 3. Pauper Opimius argēti positi intrus & auri Qui Veientanum festis potare diebus Capona solitus trulla, vappamq; profestis, Quondam lethargo gradū est oppressus, &c. SEPTITIUS] nomen fictum ab Alciato. Populos inter ditissimus omnes] inter suos populares omnes locupletissimus, vt ille apud Persium 4. Satyra: Dives arans Curibus, quantum nō milius oberret. Et Horat. Dives agris, diues positus in fenore nuptiis Aruum. Arua quo magis ampla] vno verbo, locuples. Aruum, quod aratum, necdunt fatum. Senex] eō quod auaritia senes praecipue inuadere solet, quia deserit eos calor deficiente sanguine. Senum auaritiam carpit Cicero in lib. de Senect. inquit: Auaritia senilis quid velit, non intelligo: quid enim absurdius esse potest, quam quō minus restat viæ, plus vitatic quærere? Senibus autem omnibus vitium auaritiæ inesse, ostendit Comicus in Adelph.

Desraudans genitumq; suum.] Desraudare genium, est naturæ denegare quod appetit, cui opponitur, Indulgere genio, animo obsequi, Plaut. in Aulul. Per ditissimus ego sum omnium in terra, Nā quid mihi opus vita est, qui tantū auri Perdidī, quod custodini sedulo? egomet me fraudant. An̄

III.

Aruum.

Senes autem.

An̄

Animumq; meum, genitumq; meum. &c.
Sic Terentius in Phormione :

---- Suum defraudans genium.

Nil prater betas, durasq; rapas *propter do-*
xi, pro quibuslibet abiectis & vilibus edu-
lis : in quo notanda sordidus avarorum.
Martialis :

Beta inspi-
piā.

Vt sapiant fatua fabrorum prandia beta.
fatuas vocat, quia sunt insipida: hinc pro-
uerb. *Beta inspidior.* Persius vocat, plebeia.

Inopem quem copia reddis Antitheta.
Ouidium imitatur ; Metamorph.

Obsoniā.

Quod cupio maciū est, inopē me copia fecit.
Pretiosa obsonia Oblonium est quid-
quid ultra panem & vinum in cibum ad-
ijcitur. Græci *επιμακία* vocat ob-
sonia mensis imposita (inquit Baysius) Ita-
li dicunt, *Companatico*, quasi id, quod cum
pane edatur. Hinc verbum *obsonari*, quod
est, sumptus pro obsonijs facere.

Obsonari.

Seq; rubo, aut &c. Alludit ad adagiū,
Asinus stramina manuū quam aurum.
Id genus hominum à Græcis nominantur
κράδωποι. & *Cumini sectores* ab Aristote-
le 4. Moral. Nicomachi. *κ. μ. ν. ο. π. σ. α. υ.*
de adag. *Cumini sector*. Hos Itali vocant,
Squartapiccioli.

Cumini
sector.

IV.

In aua-
ros.

DICITUR in avaros & sordidos, qui
asiniua quadam stoliditate obsessi adeo sūt
excordes, tamque sui parum memores, vt
solo pane mucido, vappa, & larido subran-
cido se expleant, quamquam opimis pos-
sessionibus abundant. In quo sanē vt geniū
insigniter defraudant, sic & patris ad vsum
humanum concessis miserabiliter abutun-
tur. Vnde rectē sensit Cicero 2. Tuscul.
Magno malo (inquit) est hominibus aua-
ritia, idcirco quod homines magnis & mul-
tis incommodis conflantur propter im-
mensam pecuniæ cupiditatem. Ab animis
enim, in quos semel ingressa est, amicitia
honorisq; desiderium pellit: ac nunquam
inde egreditur, quin potius cum annis ere-
scit, & quamuis senio lubeunte corporibus
vires decreascent, habendi cupiditas tem-
pore ipso augetur. Et quo minus ad viuē-
dum spacij superest, tanto plus struendis
intēta opibus timidius necessaria promit.
Itaq; quicumq; avaritia captus laborat, eū
neminem amet, à nullo etiā amatur; &
cum omnia auro postponat, quanto plus
auri possidet, tanto plus querendo inhiat.
Vt auri sacra fames expletur periculosis
navigationibus ultra anni & solis vias ad

querendum aurum vite pretio commea-
tur, & in viscera terræ sedit, dum ad lu-
cernarum lumina per inuios montes agna-
tur cuniculi: vt scitè mehercule Deme-
trius Phalereus dixerit, Auaritiam vel Pla-
tonem ipsum ex intempe retere penectalibus
se tracturam sperare. Aqua tamen detere-
re deberet funestum M. Crassi exsolum,
qui dum Orodis Parthorum regis thesauris
inhiat, avaritiam suam vndecim Legio-
nibus, & proprio capite multatam sensit,
postquam apud Carras circumfusi vniq;
equitatus, in modum grandinis densas sa-
gittas pariter fuderunt. Ita delecto misera-
bili strage exercitu, ipse viuis in manus
hostium incidit; cuius caput recisum regi
ludibrio fuit, auro liquido in tictum oris
infuso, vt qui arserat auri cupiditate, mor-
tuus saltem satiaretur. Certè illud velut
ex oraculo promptum videri potest, quod
Astronomic. 4. scribit Mamilius :

Viduos agimus semper, nec vivimus vi-
quam :

Pauperiorq; bonis quisq; est, qui plura re-
quirit ;

Nec quos habet numerat, tantum quod non
habet optat.

Sed nunc, quod supra promissimus, avari
mores & praxin vitæ depictum eamus, d
illaudabilem & impiam? Queramus hunc
in cubiculo primum, quid tractet, quid
somnia, quæ curæ mordeant, quæ flagel-
let anxietas Platonis mancipium. Nun-
quam solus dormit, quin lemures secum
habeat virunculos terrigenas perpetuo,
cuniculorū scrutatores & auriphilos, totus
in cauernis est mente & voto, & thesauris
incubat, eruit, conflat, cudit, congetit; sac-
cos, modios, cistas & arceas farcit, claudit,
referat, extrahit, supputat, pascit oculos
colore, copia, varietate. Hic abacum videas
pro altari, rationum tabulas pro libello de-
uotionis, calculos & ceteram pro granulis
preparatorijs; crumena & leculus duo can-
delabra sunt, in quibus aurum, non cera
fulget; monetarum sculpturæ & symbola
sacras imagines referunt: lancea hebræa,
qua debitorum latera transferberat, Cru-
cis stipitem; in cornibus aæ Iudææ effigies
posita & Mercurij, duo penates quidam &
tutelaria numina. Dum subducit, multi-
plicat, subtrahit, diuidit, orantis partes exe-
quitur; syngrapha & chirographa peccato-
rum collectanea sunt, compunctio sub-

Crassus
avaritia
penas
luis

Auari
lib
minis
ob-
na
effi-
giet.

nascitur & incimus dolor, si in pactis & contractibus sponfor excidat fide ac fallat. Ut primū pedes effert domo, rapine sicut vultur inhians, forum pro templo querit, licitationes audit & precium rerum: crescente, animus ridet & in rosis cubat; turbatur, laxiore illo & æquabili. Si instruat cella & granarium, Iouis arma inuocat, grandines ac procellas accersit, pruinæ excipit osculo & salutat. Vites adurit, & ceteri segetes, in voris & delicijs habet, voluptas est videre stragem publicā, plantæ auscultare & querelas communes egentium, dummodò marsupij vterus talentis sibi turgeat quocunq; iure: spe solus deo rat omnia, & affectu inuadit; quā lucri odor spirat, sagacior cane sequitur, de laqueo cogitat, si frustatur. Quinimodò tunc vniuersi iactura magis affligitur, quā sacrilegio millies iterato, quā deuincta cōtinuis periurijs myriadi demonū infelici animæ, quā plaustris blasphemiarum coniectis in magnū illud cæli Numen superante rabie. His. n. plerumq; dotibus exornat vitā suā tenax opum & sordidus corrafor; nec mirum, in quo metus omnis pœnarū extinctus, & spes premij; cui cælum fabula est & infernus. Quid nī fabula? qui superos cæcos, dæmonas mortuos iam pridē prorsus sibi confingit. Ita pertinaciter malus est, nec ut bonus sit venit vnquam in mētem, licet videri talis cupiat, & simulet deuotionē exteriori habitu; spectatur. n. & ipse in anno semel in cætu fidelium, & murmurat labijs nescio quid, curuat genua, & suspirat fixus in obtutu sacræ imaginis. Suspirat, inquam, si sumptuosa sit & incrustata nobiliori metallo, deplumare vellet ac detrahare corium. Igneus feruor orationis, quem mater hypocrisis parit. Sicut

Anari de
notio.

paralyti nēruos dissoluit & ligat sensus, ita morbus hic vigorem animi, ne se exerat salutari conceptu: distrahiētur incursum vanitatis assuetæ, ne colligat spiritum & assurgat, in terrenis hæret immerfus, ut rana in luto; & quod rubetæ cōtingit, hoc auaro, ut copia nunquam saturaret, & in ipsa rerum affluentia fame moriatur. Auaritiā portò ipsam monstrum horrendum describit Crinitus lib. 2. Poemat.

Ecce horrenda oculis heu facies meæ
Raptim sumisco desiliens specu,
Immane monstrum constitit,

Auaritia
quale mō
strum.

Cui sunt & manus, et pectus abenea,
Et diris colubris implicitum caput.
Frons humana, tamen lurida buxco
Pallore, & maculis squallida liuidis
Monstrabat instam famem.

Tunc primum pauido dirigui metu,
Et mens attonitis torpida sensibus;
Vnde hac, obstrepui, tanta lues foret,
Qua sic tabificis noxia forasibus
Urbes & agros inscit.

Sed mox cum licuit cernere clarius,
Et dirum video prodigij scelus:
Agnoui cupidis implicitum viris
Monstrum, qui misera solliciti fame
Nil præter aurum cogitant.

Verò verius igitur est, quod à Critpo Salustio refertur in hunc modum: Bellua, fera, immanis, intoleranda est auaritia. Quò intendit, oppida, agros, sana atq; domos vastat, diuina cum humanis permiscet. Neq; exercitus, neq; moenia obstant, quò minus sua vi penetret: Fama, pudicitia, liberis patria atque parentibus cunctos mortales spoliata. Auari quoq; hominis insectationem habet Phœdrus: *Vulpis cubile fodiens &c.* lector inde petat, quia nos properamus.

